

Die 15. Augusti.
**IN ASSUMPTIONE
B. MARLÆ V.**

Introitus. Ap. 12, 1.

Signum magnum apparuit in cœlo: mulier
sarmicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in
capite ejus corona stellarum duodecim.

Psalm .97, 1. Cantate Domino canticum novum: quia
mirabilia fecit.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat
in principio, et nunc, et semper: et in sæcula
sæculorum. Amen.

Offertorium. Gen. 3, 15.

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen
tuum et semen illius.

Communio. Luc. 1, 48-49.

Beátam me dicent omnes generationes, quia fecit
mihi magna qui potens est.